

eiusmodi adstringentia, tempestivè non adhibita, majora pepererunt pericula. Quocirca sumentes prius medicinis attenuantibus, & alvum subducentibus, purgatos esse oportet. Externus usus est, in exsiccandis ulceribus ac vulneribus. Hujus vires insignes vide etiam apud Croellium pag. 253.

ALIUS.

Paratur etiam crocus Martis, è lamina chalybis candente & scintillante, immissa in magdaleonem sulphuris, cujus vi chalybs liquefcit, & decidit granulatum, in vas fictile suppositum, frigidâ vel aceto plenum. Granula exsiccata teruntur in pulverem subtilissimum, & si placet, in crocum reverberantur, spatio sex, vel octo horarum. *a*

Ufus. Virtutem hic crocus habet obstruenda viscera & aperiendi, & humores crassos attenuandi. Unde prodest in cachexia, pallidis virginum coloribus, ictero, mensium, jecoris, lienisq; obstructionibus, affectu hypochondriaco, & similibus.

*a* Hæc Martis calcinatio secunda, est basis & fundamentum pulveris cachectici Quercetani, quem describit in pharmacopœâ Dogmaticor. restit. p. 263. in 8.

*β* Hepar imprimis & Splenem.

Pulvis cachectici  
cui pulveris  
tam

1 hora  
alios via apertim  
non amittit.